

www.e-rara.ch

**Responsio Cardinalis Bellarmini Ad Tractatum Septem Theologorum
Venetorum, Super Interdicto Sanctissimo D.N. Papae Pavli V**

Bellarmino, Roberto

Coloniae Agrippinae, Anno M. DC. VII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRe 140,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-49556>

Propositio sexta.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ob timorem humano præcepto non obedire, si ex illa inobedientia oriturum esset scandalum, quia scandalum lege diuina naturali prohibetur. Atque in hac propositione ita exposita, à septem Doctoribus non dissentiemus, vti euidenter patet ex illorum declaratione, potissimum in fine, vbi citant Sotum *lib. 1. de iust & iure, q. 6. art. 4.* Et Syluest. *verbo, Excommunicatio. 5. num. 14.* qui docent timorem non esse iustum, nec quenquam excusare, cum præcepti humani violatio, vel inobedientia, coniuncta est cum scandalo, aut cedit in præiudicium fidei.

P R O P O S I T I O
S E X T A.

Timor iustus est, timor mortis: suppliciorum: iactura totius, aut maioris partis substantia: carceris &c. neq; hoc tantum in ijs quæ ad personam propriam, sed etiam quæ ad personas coniunctorum pertinent.

R E S P O N S I O.

IN hac propositione cum septem Doctoribus, non minùs quam in quinta consentimus, quocirca tempus frustra nõ teremus circa eã; nam difficultas non in his versatur, sed in eo, vt probent huiusmodi
timore

timore proposito, non obseruandum esse interdictum, quod tamen septem Doctores nunquam rectè probabunt, nos verò clarè contrarium docebimus in responsione ad sequentem propositionem.

P R O P O S I T I O
S E P T I M A.

Ecclesiastici ditionis Veneta iuste metuere possunt & debent, iacturam vitæ & bonorum suorum, nec non grauiora mala, tum priuata tum publica suorum Affinium, si seruauerint interdictum. Et paulò inferius: Cùm igitur iustum timorem habeant, concludimus eos ad præceptum humanum huiusmodi interdicti, etiamsi iustum esset seruandum, neuiquam obligari.

R E S P O N S I O.

Ex hac propositione cum duabus præcedentibus coniuncta, septè Doctores inferunt, Ecclesiasticos Venetos non debere Apostolicum interdictum obseruare: Quam nos Conclusionem falsam & periculofam esse putamus, atque idcirco duplici ratione illam refellemus. Primò, demonstrando Ecclesiasticos Venetos non habere ingentem illum timorem, quem